OFFERTORY: PS. 44. 3

Diffúsa est grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te Deus in ætérnum, et in sæculum sæculi.

Grace is poured abroad in thy lips: therefore hath God blessed thee for ever, and for ages and ages.

SECRET

Exáudi, Dómine, preces nostras: et, ut digna sint munera, quæ óculis tuæ majestátis offérimus, subsídium nobis tuæ pietátis impénde. Per Dóminum.

Graciously hear our prayers, O Lord; and that the gifts we offer in the sight of Thy majesty may be found worthy, extend to us the help of Thy mercy. Through our Lord.

PREFACE FOR CHRISTMAS

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias agere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Quia per incarnáti Verbi mystérium, nova mentis nostræ óculis lux tuæ claritátis infúlsit: ut dum visibíliter Deum cognóscimus, per hunc in invisibílium amórem rapíamur. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatiónibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes:

IT is truly meet and just, right and availing unto salvation that we should at all times and in all places give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty and everlasting God. Because by the mystery of the Word made flesh the light of Thy glory hath shone anew upon the eyes of our mind: that while we acknowledge Him to be God seen by men, we may be drawn by Him to the love of things unseen. And therefore with angels and archangels, with thrones and dominions, and with all the heavenly hosts, we sing a hymn to Thy glory, saying without ceasing:

COMMUNION: LUKE 2. 26

Respónsum accépit Símeon a Spíritu Sancto, non visúrum se mortem, nisi vidéret Christum Dómini.

Simeon received an answer from the Holy Ghost, that he should not see death, until he had seen the Christ of the Lord.

POSTCOMMUNION

Quæsumus, Dómine Deus noster: ut sacrosáncta mystéria, quæ pro reparatiónis nostræ munímine contulísti, intercedénte beáta María semper Vírgine, et præsens nobis remédium esse fácias et futúrum. Per Dóminum.

We beseech Thee, O Lord our God, that by the intercession of blessed Mary ever Virgin, Thou wouldst make the most holy mysteries, which Thou hast conferred upon us for the preservation of our spiritual life, both a present and future remedy. Through our Lord.

Proper Prayers of the Mass
Purification of the Blessed Virgin Mary
Provided Courtesy of Una Voce Orange County

INTROIT: PS. 47. 10-11

SUSCEPIMUS, Deus, misericórdiam tuam in médio templi tui: secúndum nomen tuum, Deus, ita et laus tua in fines terræ: justítia plena est déxtera tua. *Ps. 47. 2.* Magnus Dóminus, et laudábilis nimis: in civitáte Dei nostri, in monte sancto ejus. ℣. Glória Patri.

WE have received Thy mercy, O God, in the midst of Thy temple; according to Thy name, O God, so also is Thy praise unto the ends of the earth: Thy right hand is full of justice. *Ps.* Great is the Lord, and exceedingly to be praised, in the city of God, in his holy mountain. ℣. Glory be to the Father.

COLLECT

Omnípotens sempitérne Deus, majestátem tuam súpplices exorámus: ut, sicut unigénitus Fílius tuus hodiérna die cum nostræ carnis substántia in templo est præsentátus; ita nos fácias purificátis tibi méntibus præsentári. Per eúmdem Dóminum.

Almighty and everlasting God, we humbly beseech Thy majesty; that as Thine only-begotten Son was this day presented in the temple in the substance of our flesh, so too Thou wouldst grant us to be presented unto Thee with purified souls. Through the same our Lord.